


Johann Quistorp

Programma Quo Decanus Johannes Quistorpius, S.S. Theol. Doctor, P. P. Facultat. Theol. Senior, Suo, ac totius venerandae Theologicae Facultatis nomine Ad Disputationem Inauguralem Viri Reverendi & Clarißimi Dn. M. Heinrichi Krausen, Torga-Misnici ... Ad diem 15. Ianuarii ... habendam ... invitat

Rostochii: Kilius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738066796>

Druck Freier  Zugang



- ① Programm f. d. d. Krause
- ② Vert. : K. Krause

J. Quistorp 16
R. U. theol. 1646.

9 20

PROGRAMMA
^{Quo}
DECANUS
JOHANNES QVISTOR-
PIUS, S. S. Theol. Doctor, P. P.

Facultat. Theol. Senior,
*Suo, ac totius veneranda Theologica
Facultatis nomine*

Ad

DISPUTATIONEM INAUGURALEM
Viri Reverendi & Clarissimi
DN. M. HEINRICI KRAUSEN,
TORGA-MISNICI, Civit. Weissenf.

Pastoris, & Superintendentis,
*Ad diem 15. Januarij publicè cum
DEO habendam.*

Magnificum DN. RECTOREM, Con-
sultissimos, Excellentissimos, Experientissimos,
& Clarissimos Dn. Professores, Reverendos verbi divi-
ni Ministros, eximios artium Magistros, Nobilissimos, Præstantissimos
ac Doctissimos Dnn. Studiosos, & singulos Cives Academicos,
eâ quâ par est diligentia, invitat.




ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII, Academia Typographi.

ANNO M. DC. XLVI.

1646.





Uemadmodum illi, qui ad montis altioris verticem, vel turris in aerem assurgentis, fastigium pertingere gestiunt, non uno saltu, sed per gradus ad cacumen conscendunt: Ita qui in linguis, scientiis, artibus, & quibus non, excellere, & ad summa pertingere volet, diu se, diligenterq; in illis, per quæ ad summa pervenitur, exerceat, & multum operæ locet, fas est. Natura ipsa ab infimis & exilibus sua auspiciatur opera, & post multas antecedaneas mutationes, ad perfectionem quam intendit, ea demum perducit. Non statim ac semen terræ committitur, assurgit vel in culmum, vel justæ magnitudinis arborem. Visum tenuitate & teneritate suâ fugiens gramen initio promicat, quod non crescere, sed post justa intervalla temporum crevisse demum depræhendimus. Non infans statim ac in hanc lucem protruditur, sed post vitæ annos viginti & ultra, vir fit. Hæc omni-

um vel naturæ, vel artis operum ratio est, ut
ab imis per gradus ad summa perveniant. Ob-
tinet idem in Theologiæ studio, in quo, qui
excellere volet, illud à primis elementis auspi-
cabitur, per artes, & scientias varias, justâ me-
thodo, & jugi diligentia ibit. Nec hic subsistet,
sed postquam in linguis, scientiis, historiis ea
fundamenta jecit, quibus superstruere, quod
molitur ædificium possit, sacras literas, ut an-
te à puero, sic deinceps diurnâ nocturnâq;
manu versabit, ante se ^{aliquid} in divinâ hæc
scientiâ nosse asseret. Non id ignoravit Vir Re-
verendus, & Clarissimus DN. M. HEINRICUS
KRAUSE, Torgâ-Misn. S. Th. Candid. Civit.
Weissenf. Past. & Superintend. qui, quum Pa-
rentes ipsum Theologiæ studiis, ad quæ natu-
râ propendebat, mancipare constituissent, à
pueris illa, sub Patriæ Scholæ Rectore, Viro
Clarissimo DN. M. JOACHIMO MEISNE-
RO, felici juventutis formatore, jecit pietatis,
Latinæ & Græcæ linguæ, Logices ac Rhetori-
ces fundamenta, quæ ædificio post superstru-
endo, rectissimè subjici possent. Egressus
scholâ patriâ, WITTEBERGAM concessit; reci-
pit illum in domum suam Vir pl. Reverendus,
Clarissimus & Excellentissimus DN. JOHAN-
NES

NES HULSEMANNUS, S.S. Theol. Doct.
& Professor eximius, cujus ipse non solum
domo & convictu usus est, sed & eundem stu-
diorum suorum Ducem habuit; unde tantum
commodi (verba sunt Testimonij, quod ve-
neranda Facultas Theologica Dn. Candida-
to Anno M. DC XLII. concessit) nactus est
Noster, ut seq̄ui anno in Philosophorum scho-
lis exacto, factisq; in publicâ etiam palestrâ
eruditionis suæ periculis, quorum pars typis
quoq; descripta est; Anno Christi M. DC.
XXXIX. summis in illo studio honoribus,
quos Magisterij appellant, juxta cum alijs
septem, (inter quos ipse locum secundum ob-
tinuit) insigniretur. Quibus impetratis, vi-
disses hominem, tanquam è portu in vastum
pelagus, immensiq; itineris spatia soluturum,
ingentes apparatus facere, ut pretiosissimam
illam margaritam, quam Salvator nostri ge-
neris, universis in orbe pretiis anteponeit, salu-
tarem nempe veritatis Theologicæ cogniti-
onem, quæ secundum pietatem est, lucrare-
tur. Tunc demittere se ad pedes publicè, pri-
vatimq; docentium, pendere ab ore & insti-
tutis Majorum, investigare abstrusa, aut non
satis exposita, ventilare cum sodalibus non
satis

A 3

fatis

fatis discussa, experiri de mensuris, bimestribus, annuisq; profectibus. Et cum Græcarum artium famulatum sibi eam divinxisset, quod de Philosophiæ studio in familiaritatem ascito, Nazianzenus ait, etiam Spiritus Sancti linguis assuefieri desideravit, cujus scientiæ specimem exhibet Disputatio illa critica, de Nominibus Dei, quâ eo se quæ supra diximus anno, publicè defendit. Thronus autem ad quæ collimabat, erat Augustissima illa de DEO, rebusq; divinis, notitia, quam inexplabili certè desiderio anhelabat, adeò, ut unâ æstate Anni M. DC. XL. sub vexillis, DN. D. HULSEMANNI in publicâ acie bis, nec verò sine laude steterit. Hæc & alia veneranda quæ diximus Facultas Theologica WITTEBERGENSIS de Dn. CANDIDATO nostro refert. Nec nos id diffiteri habemus, quod postquam ad nostram Universitatem ante sexennium pervenit, ipsum in Theologicis doctè Respondentem, & Opponentem; In Philosophicis Præsidentem, publica nostræ Universitatis pulpita sapè, & suggestus templorum, ad multitudinem conciones, non sine approbatione intelligentium habentem, audiverint. Eruditionem hanc pietate, modestiâ, morum concinnitate, quibus se probis

bis approbavit, nitidiorem fecit. His instructus cum patrios lares repeteret Dn. Candidatus, & quos & extra patriam conquifivisset Eruditionis, & Morum thesauros, exponeret; innotuit Serenissimo & Potentissimo Principi ac Domino, DN. JOHANNI GEORGIO, Duci Saxoniae, Juliae, Cliviae & Montium, Sacri Romani Imperij Archimarscallo, & Electori, Landgravio Thuringiae, Marchioni Misniae, superioris ac Inferioris Lusatiae, Comiti in Marcâ & Ravensburg, Domino in Ravenstein &c. Domino suo Clementissimo; Quumq; Civit. & Ecclesia Weissenfelsens: Pastore & Superintendentem amisisset, à Serenissimo Domino Electore jussus est Candidatus noster apud Weissenfelsenses publicè concionem habere, quod cum fecisset, ita sibi audientium animos devinxit, ut omnium votis, Pastor, & Superintendens peteretur. Talis autem provincia Dn. Candidato commissa est, cui non solum incumbit, sibi commissum Christi sanguine emptum cærum, doctrinâ & vitâ rectè ducere, sed & quadraginta octo insuper verbi divini ministrorum, suæ inspectioni subjectorum, & quidem in hac totius Germaniae direptione & devastatione raro exemplo, munere suo in sibi commissis

missis Ecclesiis fungentium, labores inspice-
cere, ac moderari. Ambit Candidatus apud
nos summos in Theologiâ honores Do-
ctoreos, ad examen privatam illum admisi-
mus, in eruditionem ^{suam} inquisivimus,
eamq; approbavimus: Et ut de Gravissimo
illo doctrinæ Christianæ capite, quod de *satis-*
factione Christi agit, Disputationem conscribe-
ret, eamq; publico, more consveto, exami-
ni subjiceret, injunximus. Quod jussus est,
fecit; Prodibit in publicum, & coram om-
nibus specimen suæ in Thologiâ eruditionis
decimo quinto Januarij edet. A vobis,
Magnifice DN. R E C T O R, Excellentissimi
Dnn. Professores, Reverendi verbi divini
Ministri, Eximij artium Magistri, Nobilissimi,
& Præstantissimi Dnn. Studiosi, omni-
bus ac singulis summo contendimus opere,
adeste, ad diem 15. Januarij, & vel eruditionem
Dn. Candidati doctè opponendo inquirite,
vel honorificâ vestrâ præsentia actum,
hunc solennem exornate. Quod ut ab

P. P. Rostochij sub sigillo Facultatis


Theologicæ IV. Januarij,

Auno ∞ Ibc XLVI.





bis approbavit, nitidiorem
 structus cum patrios lares rep
 didatus, & quos & extra patria
 set Eruditionis, & Morum th
 neret; innotuit Serenissimo &
 Principi ac Domino, DN. JO
 ORGIO, Duci Saxoniae, J
 Montium, Sacri Romani Imp
 scallo, & Electori, Landgra
 Marchioni Misniae, superior
 Lusatiae, Comiti in Marcâ & R
 mino in Ravenstein &c. Do
 mentissimo; Quumq; Civit. &
 senfe: Pastore & Superintende
 â Serenissimo Domino Electo
 didatus noster apud Weiffenfe
 concionem habere, quod cu
 sibi audientium animos devin
 votis, Pastor, & Superinten
 Talis autem provincia Dn. C
 missa est, cui non solum in eu
 missum Christi sanguine en
 doctrinâ & vitâ recte ducere,
 ginta octo insuper verbi divi
 suae inspectioni subjectorum
 hac totius Germaniae direpti
 one raro exemplo, munere



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.

Patch Reference numbers on UTI